

## The Letters of Saint Andrew Kim Dae-geon

Letter 1.	2
Letter 2	2
Letter 3.	3
Letter 4.	5
Letter 5.	9
Letter 6.	11
Letter 7.	13
Letter 8	16
Letter 9	17
Letter 10.	25
Letter 11	27
Letter 12.	30
Letter 13.	32
Letter 14.	33
Letter 15.	33
Letter 16.	34
Letter 18.	37
Letter 19	38
Letter 20.	40
Letter 21	44

## Letter 1.

Place where written: Manila.

Date when written: February 28, 1842

Recipient: Father Legrégeois

Reverendissime Pater,

Quòum proficisci debeam ad Coream, occasionem sumo patri scribendi parvam epistolam. Tam permultae elapsae fuerunt dies, ex quibus pater a nobis digressus est. Circa sexdecimam diem Februarii, procurator Libois disposuit, ut Pater Maistre mecum viam acciperet ad Coream ; hoc iter, quamquam sit difficile, speramus tamen in Deum, qui nos custodiet incolumes. Vadimus per navim bellicam Gallicam, quae adduxit ad Macaum D. Jensigni Commissarium Philippi regis Galliae apud Sinas.

Nunc jam profecti ex Macao, Deo adiuvante, prosperè Manilam appulimus, et indè, comparatis pro viā rebus necessariis, profecturi sumus circa finem februarii. Precor, ut semper sit Patri bona salus. Hic omnes Patres et nos bonā fruimur sanitate.

Scolam linguae Gallicae, post Patris profectionem, non habuimus usque hodie. De caeteris rebus taceo, quia Patri scribent procuratores. Nunc Thomas solus manet.

Scribendi finem faciens, Patrem rogo, ut mei meminetur in suis orationibus, quod item illi praestabo.

Valeat. Paternitati vestrae

And. ind. filius Kim-ay-kim

## Letter 2

Kim Dae-geon returned from Manila via Taiwan on the *Érigone* and stayed in Zhoushan 舟山 Island from May 15 to June 21, 1842. He wrote a second letter from there to Father Libois, which was later lost.

### Letter 3.

J. M. J.

Place where written: [Shanghai<sup>1</sup>]

Date when written: [September 1842]

Recipient: To Father Libois, Procurator, Foreign Missions, Macao

Reverendissime Pater,

Dùm adhuc essemus in Chou-san parvam Patri scripsi epistolam. Iterum illi mitto parvam epistolam. Tandem ex Chou-san vela solvimus et unā cum viginti navibus Anglicanis in Yang-tze-kiang provecti sumus. Ibi expectando diem perfectionis usque hodie mansimus. Semper ut dux promisit, sperabamus per Erigonam nos in Coream ituros. Verùm nunc rerum status maximè fuit mutatus, et spes eundi in Coream propè destituta est. Etenim dux Cecile vela solvit Manillam iturus, et nos in domum cujusdam pagani ad littus Yangtze-kiang contulimus unā cum rebus. Eramus jam jam profecturi in Erigonā, et dux Cecile dicebat, se adhuc spem tenere in Coream nere in Erigona. Verum in hâc circumstantiā res gerenda erat juxta dispositionem providentiae divinae et Episcopi Chantong. Itaque expectabamus magnopere Joannem Fan, qui a Patre de la Brunière in Sanghai ad Episcopum erat missus. Verùm non redeunte Fan, Pater de la Brunière unā cum Thomā ad eum paganum, apud quem nos moramur, ivit, nos verò eramus profecturi in Erigona. Cumque vela facere inciperemus, Joannes Fan ex Sang-hai cum naviculā christianorum advenit, itaque Pater Maistre, statim mutato consilio, apud paganum, de quo suprā mentionem feci, cuique nomen est 黃世興, mecum sese contulit. Dominus Cecile Manillam profectus est. P. de la Brunière et Thomas die 11a septembris in navim bellicam Anglicam iverunt comitante Joanne Fan cum navicula Christianorum, ut ibi, mutato habitu in Sang-hai apud Episcopum adirent. Nunc nos, destituti omni praesidio humano, apud paganum Houang-se-sing manemus et expectamus occasionem aliò eundi et in Coream proficiscendi.

Angli hic, ut forsā novit Pater, expugnatis aliquot civitatibus sitis ad dexteram fluvii, et ipsa urbe Sang-hai, versùs Nan-king profecti sunt. In itinere expugnaverunt urbem quamdam muro atque naturā loci munitam ceperunt. Haec urbs vocatur Tsin-kiang-fou ; prope canalem impreialem, ad sinistram hujus civitatis ascendo fluvium reperitur insula vocata Kin-san 金山 seu insula auri.

Posteaquam Angli ad Nan-king pervenerunt, copias ex navibus in montem, qui situs est ad septentrionem Nan-king, eduxerunt civitatem capturi. Hoc spectaculo territi mandarini, miserunt ad Anglos, ut pacem peterent. His conspectis rebus Angli eorum propositionem acceptarunt, et pacem composuerunt atque signarunt die 29 Augusti. Haec sunt nomina mandarinorum, cum quibus Angli pacem composuerunt : Kien, avunculus imperatoris, I-li-po, plenipotens imperii Sinensis, Ti generalis dux Tartarus, Gniou-king prorex Kiang-nan. Tunc temporis advenerat epistola imperatoris, quā declarabat se acceptare pacem et condiciones pacis. Condiciones pacis sunt : viginti una milliones patagarum ; commercium in sex portibus Sinarum et legatio apud imperatorem in Peking.

---

<sup>1</sup> This third letter does not indicate where it was written, but from the content, it is clear that it was sent from Shanghai. In addition, the date of receipt noted on the letter is "September 27, 1842", and from the contents of the following fourth letter, it can be seen that it must have been written between September 11 and September 16, 1842. The original of this letter, like the others, was preserved at the Paris Foreign Missions Society's Headquarters in Paris.

Dominus Cecile desiderabat ascendere Nan-king. Eo consilio sibi curavit naviculam Sinicam, cui, propter vetustatem atque foetorem, nomen dedit 不中用 pu-tsong-iong. Verùm cùm comperisset undas aquarum undique penetrare, misit ad Sang-hai Domin. Dupré et me, ut navim meliorem illā quaereremus. Quare ascendentes prope civitatem (adjuvante mandarino) navim satis magnam procuravimus. Verùm milites propter differentem navigandi modum bis atque ter ad terram impegerunt. Alterā die missi majori numero milites perduxerunt. Hāc navi adductā Dom. Cecile secum assumens off. Dupre, commissarium Phil. et geographum, me et 20 ferè nautas in Nan-king in spatio sexdecim dierum pervenit, in ea die, quā pax fuit signata ; ipse asistit ad signaturam pacis et vidit omnes mandarinos 4. Sequenti die visitavimus turrim Nan-king et suburbia : ingressus vero in civitatem intra muros prohibitus erat omnibus Anglis excepto uno.

Angli ad capiendam Tsin-kiang-fou, de quā supra dixi, ut fertur, perdidit centum quinquaginta homines. Universa civitas destructa foetorem emittit. Hujus civitatis magnus mandarinus, cum vidisset Anglos victores existere, domum rediens, congregatis filiis et uxore se et eos consumpsit igne.

Non multa refero, quia P. Maistre scribit. Rogo Patrem ut mei memor sit in suis orationibus, et opto ut bene valeat.

Reverentiae vestrae

F. Inut. Andreas Kim-ay-kim,

Comperi per P. Maistre, Superiorem in Paris nos probuisse linguae gallicae studere. Dixit mihi Pater Maistre, ut perconter reverendum Procuratorem, quid agere debeam circa studium linguae gallicae, utrum oporteat continuare vel omninò abjicere. Verùm videtur non esse necesse percontari, ut reverendus Pater sciabat, quid faciendum sit circa studium ling. G., utrum abjicere vel continuare, nam continuare non permittit rerum status, nec video rationem propter quam omnino abjiciam quod jam scio.....

## Letter 4.

J. M. J

Place where written: (Baijiadian) Liaodong<sup>2</sup>.

Date when written: December 9, 1842

Recipient: Father Legrégeois, Procurator

Reverendissime Pater,

Quum adhuc Manillae essemus, epistolam Patri misi, iterum ad Paternitatem vestram scribo, itineris nostri relationem faciens.

Tandem Manillam reliquimus, et secundo vento navigantes, ad insulam Formosa vecti, parvam tempestatem et ventum contrarium habuimus. Haec insula, (ut scit vestra reverentia) complectitur sexaginta leucas longitudine, arboribus, herbis, sylvis generatim distincta laetam speciem prae se fert, et videtur fecunda valdè. Continet ex parte montes praealtos, quorum summitatem dealbant nives. Huius insulae habitantes particulari idiomate uti videntur. Quidam ex eis, ut pisces venderent, ad nos venerunt ; ad eorum loquelam aures praebens, nec unum comprehendere potui vocabulum. Dein insulam deserentes, interjectis paucis diebus, ad Cheou-san anchoravimus. Haec circumdatur multis parvis insulis montosis atque aridis. Invisendae urbis, ac Patrum Lazaristarum causā, qui nuper venerant, aliquoties fui in civitatem Cheou-san, et nihil novi vidi, nisi Indios, quos nigros diabolos appellant Sinenses, et despiciunt, regum more arreptā manu virgā territantes Sinenses.

Caeterum in Cheou-san morati sumus mensibus circiter duobus, et quum Angli pro expeditione Nankinensi proficiscerentur, eos secuti, consumptis quatuor diebus, in fluvium Yang-tze-kiang vecti sumus. In medio huius fluvii exurgit insula sat grandis vocata Tchong-ming, arboribus, sylvis, arundinibus, herbisque cooperta, atque populo frequens, habet civitatem eiusdem nominis. Hic generatim campi sunt virentes, amoeni, fertiles, quos fecundant rivuli inter se concurrentes. Ad dexteram fluvii reperiuntur duae civitates, quarum uni Pao-san, alteri U-song-keou nomen est ; verum hoc secundo nomine designatur etiam fluvius Yang-tze-kiang ad mare. Hae civitates erant derelictae ab incolis, et bello desolatae, quippe Angli illas oppugnarunt. Ex parte civitatis U-song-keou duo flumina (seu potius canales) in Yang-tze-kiang decurrunt, horum minus vocatur Ountso-pang, et maius nomine Hoang-pou transit per civitatem Sanghai, quae distat a mari quatuor leucis, et est una de portibus Anglis concessis.

Exeunte mense julio Angli oppugnatum Nan-king petere coeperunt, et post quindecim ferme dies pervenire ad civitatem nomine Tchou-king-fou apud Sinas secundae classis. Urbem oppugnare aggressi parvo spatio ceperunt, atque milites in praesidium collocarunt. In hac pugna (ut dicitur) plusquam centum Angli et tria millia Tartarorum prostrati sunt. Dux primus tartarus in hac civitate, quum, desperata victoria, in domum recepisset, uxorem, liberos, universamque familiam secum igne consumpsit.

Interea nos expectando diem profectionis, cum magno taedio tempus transibamus in U-song-keou. Sed Dominus Cecile cupidus invisendae urbis Nan-king, sibi conduxit navim sinicam, quippe pro Erigone difficillis erat ascensus. Cumque cuncta necessaria comparasset, assumens tres officiales et nautas profectus est, et ego pro interpretatione linguae fui secutus.

---

<sup>2</sup> Liaodong: The Latin letter only says "Liaodong", but to be precise, it means Baijiadian 白家店 in Liaodong 遼東. Baijiadian is now known as Ronghua shanzhen 龙华 深圳 in Zhuanghe 莊河 City. It was a Catholic village in the neighborhood of Chagou 岔溝, which later became the base for missionaries waiting to enter Korea.

Pater Maistre vero in Erigone remansit. Sextaē circiter die profectionis ad Tsin-kiang-fou pervenimus. Per unam diem circumus civitatem deambulando, erat ruinis cooperta, quae partim per bellum, partim per latronum incursiones factae fuerant, foetorem undique emittebat. Constat duobus oppidis, quorum unum Tartarorum proprium habitaculum, alterum Sinensium. Haec aedificata est ad dexteram Yang-tze-kiang ; ex parte contrariaā canalis ille Imperialis defluit, quem Un-liang-ho appellant Sinenses, habet (ut narratur) novem praecipuas januas ad aquarum cursus dirigendos. Inter Tchín-kiang-fou et canalem imperialem percelebris apud Sinas existit insula nomine Kin-san seu insula auri. Vestita arboribus, herbis ornata, complectitur duos tumulos imperatorum, imperiale fanum (in quo ut dicitur, ante pugnam ter mille bonzii fuēre) et totius imperii bibliothecam ab antiquitate celebratam.

Indè anchoram elevantes ad Nan-king demisimus. Civitas erat intacta, Angli et Sinenses de componendā pace negotium habebant, quippe Sinenses jam Anglorum appropinquantium fortitudine commoti, praesentium vi perterriti pacem petierunt. Hac de re imperator deputavit quatuor mandarinos venerabiles dignitate, qui rem tractarent. Itaque negotio peracto, pacem signarunt die 29 augusti, quam non diū duraturam affirmant multi Sinenses. In Nan-king (ut forte Patri notum est) existit turris celeberrima in Sinis, quam ad videndam cūm officiales irent, eos secutus, turrim atque universam civitatem conspicatus sum. Urbs (ut fertur) continet millionem habitantium, omnino plana desecatur per duos canales, magna et ampla, sed non pulchra. Ad partem civitatis septentrionalem sunt montes, super quibus Angli castrati erant. Turris ad ducentos pedes altitudinis elevata, in medio fani, cui nomen est Pao-in-se, locatur. Constat lapidibus variis coloribus ornatis, atque deauratis, super quibus deorum imagines sculptae sunt. Exteriùs verò vestitur diversi coloris tegulis, octo angulos, centum quinquaginta campanulas, duos globulos auri habet, insupèr duodecim lampades notabiles, quarum virtute sursùm triginta tres coelos illuminari, et deorsùm hominum corda, eorumque bona atque mala opera dignosci superstitiosè credunt Sinenses. In summitate turris inveniuntur nongentarum ponderis librarum ollae duae et quadrigentarum quinquaginta ponderis catinus, quem vocant Tien-pan, id est coeli catinus. Turrim suo fulgore mundum illustrare putant. In extremitate reperiuntur plures circuli, quorum pondus (ut dicunt) refertur ad ter mille sexcentas libras.

Praeterea ornatur quinque lapidibus pretiosis, quos vocant : Jeming-tchou (lapis illuminans per noctem), Pi-soue-tchou (lapis pretiosus expellens pluvias), Pi-ho-tchou (expellens incendium), Pifoung-tchou (evitans tempestates seu ventos), Pi-chen-tchou (turrim a pulveribus preservans).

Tres insupèr apud Sinas sacri libri quos appellant Tchang-king (liber mysticus), Homi-to-fou-king (liber precum), Tchei-in-fouking (liber hortatorum circa cultum Fou etc) in illā repositi sunt.

Talis turris et fani fundamentum fuit positum ante bis mille circiter annos. In primis turri nomen erat Go-i-ouang-ta, sed imperator quidam nomine Tsee-ou anno imperii sui tertio templum vetustate deformatum restauravit, atque Kien-tcho-se (quod est primum templum) appellavit : verūm vir quidam Soun-kaō dictus, fanum ferro destruxit. Mox reaedificatum ab imperatore Kien-un ex familia Tchín, nomen accepit Tchang-kan-se, sed ad dynastiam Uen vigesimam (quippe viginti duae familiae numerantur in imperio Sinarum usque ad familiam Tchín praesenter regnantem) penitūs incendio deletum, perduravit, donec imperator Jung-le ex familiā 21a surgens in pristinum statum restitueret. Reaedificatum in spatio novem decim annorum. Pro sola turri (si credatur eorum computationi) consumptus fuit ferè quatuor milliones patacarum. Dein ad imperatorem Kiatchin tertia pars turris tonitru fuit destructa et nuper restaurata.

Peractā visitatione, nobis ad Usong-keou redeuntibus occurrit navis Favorita, quae tunc expectabatur. Per illam certior factus de adventu reverendi P. De la Brunière et duorum itineris eius sociorum Thomae atque Johannis Fan, dolere et gaudere coepi ; laetandum quippè,

cùm omnes essemus reuniti, tristandum verò, quum in difficiliorem statum devenerat res nostra.

Caeterùm in Erigonem adveniens reperi patres cum sollicitudine expectantes Fan, quem in urbem Sang-hai (de qua supra dixi) ad Christianos miserant, ut componeret ad deducendum P. De la Brunière et res Illustmi Episc. Verrolle. Etenim dominus Cecile profectionem mox futuram declararat. Quum frustrà expectassemus per unum diem, et crederetur illum non statim reversurum, Patribus visum est, ut Rdus De la Brunière et Thomas unā cum rebus in terram deponerentur, atque reditum Fan expectarent. Verùm res factu longè difficilior quam dictu erat. At misericordiā Dei ita disponente vir quidam gentilis nomine Hoang xe-sing, qui ad littus maris tectum habens, jam a longo tempore intimā nobiscum familiaritate utebatur, apud nos venit ad diei vesperam, quae praecessit diem profectionis Erigone. Quare ad illum (ita eo consentiente) P. De la Brunière et Thomas cum rebus sese contulēre. Rdus P. Maistre et ego, ut erat dispositum, sperabamus per Erigonem in nostram missionem intrare, sed Dominus Cecile propter multitudinem aegrotantium in navi, et brevitate temporis, in quo suum iter perficere statuerat, circa viam pro Coreā erat dubius. Quamobrem P. Maistre quaerenti conditionate respondit, se iter suscepturum versùs Coream, verùm si contrarius undè surgat ventus, cursum mutaturum pro Manilla. In tali rerum circumstantiā positus Rdus Pater nesciebat quid certò ageret, timendum enim erat ne Manillam regrederemur.

Facto tempore, quum vela faceremus, adveniens Fan Rmo Maistre narravit, quomodò Illustmus Episc. Bezi Provinciae Xan-tong et Administrator Kiang-nan, qui tunc propè Sang-hai residebat, disposuisset pro rebus. Quo audito, Pater tutiorem partem sequens mecum ad Houang-xe-sing se recepit. Tum Pater de la Brunière cum Fan et Thomā in navim Anglicam, quae erat propè, conscendens, mutatis habitibus ad Rum Episc. Bezi advolavit. Nos, interjectis quinque diebus apud gentilem, ascendimus in eandem navim (quae bellica) hospitium rogantes. Dein navis nos optimè recepit. Post unam diem ivimus ad Illustum Episcopum. A quo benignè tractati, eodemque disponente, per christianam navim, consumptis quindecim circitèr diebus, fuimus vecti ad portum To-Tchouang-ho, quem tendebamus.

In hāc navigatione nihil nobis adversitatis evenit, nisi, quod contrarius ventus bis atque tèr nos coegit regredi, unde exieramus.

Joannes Fan, ut res componeret, ad christianos missus, ipse remansit, misitque ad nos quemdam catechistam, cui nomen est Tou Josephus. Disposueramus Patres per noctem descendere, sed hoc non permisit rerum circumstantia. Itaque per diem, rebus per aliam navim missis, duce catechista descendebamus. Quidam gentiles, visis patribus, Europeos esse affirmabant. Cùm appropinquaremus telonio, volens ductor molestias interrogantium evitare, iussit nos ad littus, quod erat valde lutosum, quippè aqua nuper exierat, quodque ex telonio conspiciebatur, descendere atque locum examinis subire. Ipse vero cum Thoma ad telonium pro rebus directè pergebat. Eramus quinque : Rdus Maistre, de la Brunière, duo nautae et ego.

Ut pagani nos per loca lutosa ac devia errantes vidēre, ex unā parte Patres esse Anglos clamitant, ex alia parte (ex telonio) viginti fermè viri (erant hospitem conductores, quos nos pro satellitibus habuimus, reverā aliqui satellites) sublata voce concurrunt. Tum submonui nautas jungere cum patribus, nempe propter loci difficultatem erant separati. At illi prae timore mutatā facie, nec caput elevare volebant. Advenientes homines nos tenuerunt et multa interrogare coeperunt. Patres nihil respondentes ibant. Multùm timebam propter libros, quos in manicis portabamus. Cùmque perseverarent nos comprehendere atque interrogare, eos voce iratā allocutus sum, quod homines innocentes injuriose haberent, quum essent ipsi a gubernio constituti pro bono ordine. Postea nobis relictis abierunt.

Interea catechista Tou et Thomas fuerunt consternati, existimabant enim nos captos duci ad tribunal. Deinde curru fuimus vecti ad domum Josephi. At christiani, exceptā familiā Tou, noluerunt Rdos Patres recipere : neque mirum, quum nec voluissent Illustmum Verrolle apud illos remanere. Indè Pater de la Brunière, Fan et Thomas ad aliam christianitatem propè

Kaitcheou petierunt. Pater Maistre et ego in domunculā conductā cujusdam viduae manemus expectantes diem seu occasionem profectionis in Coream.

De Coreā nullum certum nuntium accepimus. Reversus cursor, quem Illustmus Verrolle ad Pien-moun miserat, nihil, nisi quae per paganos mercatores rescivit, refert. Ipsi narrarunt cursori quaerenti, fuisse duos extraneos comprehensos cum trecentis Coreanis, et simul cum eis occisos ; atque Augustinum Iou interpretem regium tanquam auctorem tanti mali decollatum, corpusque eius in sex partes divisum avibus projectum, ac universam familiam fuisse deletam. Cursori, cur illi extranei et Coreani essent occisi, denuò quaerenti responderunt, illos extraneos trium regionum, nempe Coreae, Sinarum et Europae linguā, litteris peritissimos, religione malā coreanos corrumpere, et ideò fuisse occisos ; pro Coreanis verò, eo quòd pravam religionem amplectentes illos sequerentur. Quumque cursor tertio interrogasset, noluerunt respondere. Caeterum cursor refert, Patres fuisse denunciatos per falsum christianum, qui eo consilio, ut patrum vultus dignosceret, christianam religionem amplexus, ab eisdem fuerat baptizatus. In hāc rerum incertitudine positi Rdu Pater Maistre et ego ordinamus profectionem in Coream pro 20a die Decembris.

Verum cursores et multi alii hoc temerarium ac periculosissimum affirmant, relationemque cum Coreā, nisi Deus grande patriverit miraculum, impossibilem esse affirmantes, nostrum dispositum reprobant.

At non pro nostrā commoditate, sed pro gloria Dei illud aggredimur, quid igitur periculi curandi nobis est, dum sit probabilitas intrandi? Caeterum profectio Rdi Patris Maistre non est omnino certa, quia ipse haesitat mecum ire, ne mihi augeantur difficultates, cum non desint pericula, quae Reverentiae Vestrae optimè nota sunt, atque de illis eam certiore reddunt rerum status, ac mea impotentia imbecillitasque. Speramus tamen in Dei misericordiam et B. V. Mariam, quod erimus praeservati a periculis. Pro rebus itineris necessariis jam parata habemus : vestimenta, calceos, ut potui, consui. Disponimus intrare sub habitu mendicantium, ut facilius ingressus, et minor nostrum attentio oriatur ex parte ministrorum diaboli.

Hic omnes bene valent, et ego secundā etsi debili utor sanitate.

Finem scribendi faciens Patrem rogo, ut sine intermissione coram

Deo et B. V. Maria filioli vestri clientis reminiscatur.

Postquam (si Deus permiserit) ingressus fuero in Coream, Patri scribam de omnibus, quae potuerunt accidere.

Vale Reverendissime ac optime Pater.

Paternitatem vestram salutat

indignus filius Andreas Kim Coreanus.

Aperiui hanc epistolam, ut novam simul mitterem. Nunc cotidie vaco theologico studio apud Rdu Patrem Maistre. Thomas est cum Illustmo Ferreol in Mantsouriā.

In his diebus omninò abieci visitationem linguae Gallicae, nam R. Pater Maistre, accepta ex Europā epistola, absolutè iussit me illam derelinquere. Certè mihi utilis non est locutio gallica, quam tamen paululùm scio loqui propter diuturnam mansionem in Erigone. Sed lectio gallicae linguae, ut Paternitas vestra cognoscit, inutilis non mihi videtur. Itaque desiderarem non omninò abjicere lectionem, quam cum labore didici. Pro nunc libros gallicos, si haberem dictionarium gallico-latinum, intelligerem. Libellos gallicos, quos momento profectionis ex Macao P. Libois mihi donarat, jussu P. Maistre aliquot deserui. Thomas habet licentiam legendi libros gallicos, quos Procurator Libois tempore eius profectionis, quae fuit post receptionem epistolae ex Europā, dedit, et simul dictionarium gallico-latinum, latino-gallicum.



## Letter 5.

J. M. J.

Place where written: [Baijiadian]

Date when written: [December 21, 1842]

Recipient: the Most Reverend Father Libois, Procurator, Foreign Missions.

Reverendissime,

Uti fuerat compositum, sperabamus nos per Erigonem in nostram missionem intrare, verùm rebus longè aliter succedentibus (quae ut puto, Patri jamdudum perlata sunt) fuimus ducti ad Illustmum Episcopum Florentinum Bezy, V. Apostolicum Xan-tong et Administratorem Kiang-Nan. A quo benignissimè suscepti, eodemque nobis navim christianam procurante, consumptis quindecim circiter diebus fuimus vecti ad portum Ta-tchouang-he, quem tendebamus. Prospera fuit haec navigatio, nihilque nobis adversitatis occurrit, praeter quod ventus borealis cursum nostrum retardavit. In navi exceptis quatuor omnes erant christiani, qui nos optimè tractarunt, et Patres quotidie Deo Missae sacrificium obtulerunt. Joannes Fan, ut res componeret, ad christianos Leatong missus, suo nomine remisit catechistam quemdam nomine Josephus Tou. Ab Reverendis Patribus et nobis erat dispositum, ut Patres per noctem deducerentur, sed hoc non permisit rerum circumstantia. Itaque post multam diei lucem, rebus per naviculam paganorum missis, duce Josepho Tou descendebamus. Duo nautae, qui navim nostram ad merces deferendas conscenderant, patres conspicati Europeos subridentes affirmabant. Deinde cùm appropinquarem telonio, me praemonuit Josephus catechista ; ut cum patribus in littus, quod erat valdè lutosum, quippè aqua nuper exierat, et ex telonio conspiciebatur, descenderem : timebat enim pro patribus. Ipse cum Thomā directe ad telonium, nos vero (eramur quinque : P. Maistre, de la Brunière, duo nautae et ego), per loca devia errantes pergebamus pedes in lutum immergentes. Pagani, visis patribus, Anglos esse contendebant. Quùmque aliquantis per processissemus iter, ex telonio triginta prope viri (quos pro satellitibus habuimus, dùm praeter aliquos erant hospitem conductores) elevato clamore super nos advolabant, et terrentes multa interrogare coeperunt. Patres sine responsione ibant. Postquam diu quaestionibus nos vexarunt, ad sua rediēre.

Exinde curru ad christianitatem Pai-kia-tien vocatam, ibi in domum Josephi Tou evecti sumus. Haec a mari distat sex leucis, constat ducentis ferè christianis sitaque inter montana loca. Verùm christiani, exceptā familiā Tou, noluerunt patres suscipere, imo quidam ejicere machinabantur ; neque id mirum videri debet, quum nec Illustrissimum Episcopum Verrolle apud illos manere voluissent. Adhuc nondum sunt captato animo, et multa contra episcopum et patres injucunda audio, quae si longitudo papyri sufficeret, Patri refferrem. Nunc Reverendus Pater de la Brunière cum Thomā commoratur in Christianorum pago nomine Iang-kouan prope Kaitseou ; et pater Maistre mecum in conductā cujusdam viduae domunculā.

De nuntiis ex Coreā nihil Patri certò scribere possum, refero itaque ea, quae cursor ab Illustmo Episcopo Verrolle missus in Pien-moun per paganos audita attulit. Fertur, duos extraneos, Coreae, Sinarum et Europaeae linguā, litteris peritissimos, cum trecentis Coreanis, causā religionis fuisse decollatos, et Augustinum Iou tanquam auctorem tanti mali fuisse occisum, corpusque ejus in sex partes divisum avibus projectum, universamque eius familiam esse deletam. Narratur Patres fuisse denunciatos per falsum christianum, qui eo consilio, ut patrum vultus cognosceret, christianismum amplexatus fuerat baptizatus.

In tali rerum statu positus, disponente Illustrissimo Episcopo Verrolle et P. Maistre, ordinavi profectionem pro die 22a Decembris. Composueramus, Reverend. P. Maistre mecum simul intrare, sed Illustrissimus Verrolle prohibuit, timens ne mihi augeantur difficultates, quum non desint pericula, quae Patri optimè sunt nota. Multa quidem adhuc Patri dicerem, si

os ad os loquerer, sed manu difficile est hoc praestare. Igitur hic sistens rogo Patrem meum reverendissimum atque amantissimum, ut filioli vestri in suis orationibus incessantè recordetur.

Vale, Reverendissime Pater.

Paternitatem vestram salutatur

Obsequens filius Andreas Kim-ai-kim

Pai-kia-tien, die 21a decembris 1842.

Hanc epistolam aperui, ut mitterem nova nuntia.

## Letter 6.

Place where written: Liaoning [Baijiadian]

Date when written: January 15, 1843

Recipient: Father Legrègeois, Procurator, Foreign Missions

Reverendissime Pater,

Sicut compositum erat, die 23a Decembris profectus, post quatuor dies in Pien-moun sine ullo offenculo perveni. Quum adhuc in viā non longè à Pien-moun iter agerem, obviam habui deputatos Coreae regios, turmā comitante numerosā, Pekinum pergentes. Inter multitudinem, ita Deo disponente, occurrit mihi Franciscus Kim cursor coreanus, qui à me incognitus, me ignorabat. Interrogatus demùm, utrum esset christianus, affirmativè respondit, seque Franciscum appellari. Tum illum sequendo, cursoribus sinensibus, qui mecum erant, longiùs comitari praemonitis, primùm interrogavi de salute Patrum. At ille omnes causā religionis interfectos respondit, et ducentos fermè christianos nece affectos, et maximè inter ipsos primores. Fratris mei Thomae parentes paritèr occisi sunt : pater verberibus, mater gladio martyrii coronam receperunt. Parentes mei similiter multa passi sunt, pater decollatus est, mater verò sine refugio inter christianos afflicta vagatur. Haec et alia multa, quae hic referre longius foret, mihi Franciscus nuntiavit. Illustrissimus Episcopus jamdudùm proditorum et satellitum investigationibus agitatus latebat loco, cui nomen est Souen, dein adventantibus, duce Judā, ministris infernalibus, cùm minùs facilis fugiendi daretur exitus, liberè procedens ad tribunal magistratum perductus est. Demum audiens christianum nomen esse delendum, nisi duo patres sese proderent, eos litteris advocavit ; sicque unā eādē die martyrii coronā decorati fuere. O quali gloriā ornati sunt! Sub Christi vexillo fortitèr certarunt, habitāque victoriā, circumdati purpurā, diademate super caput imposito, coelestia tabernacula triumphantes intrarunt.

Verùm quàm infelix Corea! quae per tot annos pastoribus remansit et cum tanto labore habuisset, iterùm uno momento omnes amisit! O infelicem et indignam! Ad minus si unum reservasset, sed omnes devoravit!

In iis diebus cessarunt persecutiones, et pace fruuntur christiani; et sine patribus, velut oves sine pastore, errant et gemunt. Proditor praecipuus, qui recenter religionem erat amplexus, nominatur Kim Ye-sam-i, fuit occisus ; eius mortis ratio alia non videtur, nisi quod improbus sit, et publicè nocens aliis ; tales nempè poenā morteque mulctatos historia narratur.

Alter, eo quod uxoris suae parentem denuntiasset, juxta legem est strangulatus. Dux satellitum, a quibus comprehensi fuere patres et christiani plurimi, ob injustitiam aliquam, ut opinor, patratam, dignitate privatus, atque in exilium missus, morte damnatus dicitur.

Caeterum multa interrogare nequivi, quippè id circumstantia non permisit. Rogatus deindè à me, ut in Pien-moun reverteretur ad introducendum Rdum patrem Maistre, se id sine paganorum suspitione atque persecutionis periculo praestare non posse respondit. Habebat enim gentiles socios, et eorum gratiā in Sinas atque Pekinum eundi licentiam obtinuerat, eratque adscriptus in numero legatos comitantium. Ipse me patientiam habere obtestatus, de missionariorum intro-ductione cum christianis aliis negotium habiturum, et omni conatu dispositurum pollicitus est. Ego verò considerans Patres nonnisi post annum in suam missionem ingredi posse, ipsi exposui me paratum esse iter continuare ad Coream, ut disponere possem pro Patrum introductione circa februarium ; simul ab eo quaesivi, utrum ingressus aliquis foret. Difficillimum esse transitum asserens ille, unicum, more scilicet pauperum, ligna vehentium, introitum patere retulit.

Post haec, relicto illo, acceptisque litteris, quas attulerat, in Pien-moun regressus,

mansi diem unam. Sequenti die circa primam horam consurgens, posteaquam habitum mutavi, cursoribus Sinensibus valedictis, iter procedere coepi. Deinde ad occasum solis à longè visa est civitas Itsou. At dubius ingressus me angebat, maximè quùm non haberem ad ligna colligenda cultrum, quem in Pien-moun per oblivionem reliqueram. Sed in Dei misericordia fretus, et B. M. Virginis, de quā non est auditum à seculo quemquam ad illius currentem praesidia esse derelictum, urbis portae appropinquavi. Stabat miles ad limina, tabulas licentiae exigens singulorum. Tùm me locavi in medio virorum, qui ex Pien moun revertebantur cum bobus. Miles cùm jam in eo esset, ut a me exigeret, adiit ad telonii praefectos. Boves magnitudine corporis multum mihi favebant. Nondum tamen finis erat ; jubebantur enim singuli sese praesentare coram telonii praeside, et profiteri nomina, quae accensā luce (nam tenebrae visum obnubilarent) examinabantur. Praeter haec praefectus alter in altiori loco sistens cavebat, ne quis fugere tentaret. Interea ego nesciebam quid agendum. Jam incipiebant abire, qui primi examen subierant. Hos clàm sequens ibam. At me retrò appellabat praefectus arguens, quod non datā tabulā abirem. Cùm perseveraret vocare, respondi : tabulae tradiate sunt. Deindè cùm crederem illos parare ad me persequendum, fugiens me recepi in suburbium ; ibi nulla me recipiente domo per totam noctem feci iter circitèr decem leucarum.

Circà auroram frigus expellendi gratiā, in domunculam ingressus reperi viros sedentes, qui, me viso, figurā, habitu, linguā extraneum esse affirmabant. Scrutare demum aggressi ; tibiale, quod erat sinicum et caput visitorunt. Praeter unum, qui mei miserebatur, omnes adversum me loquebantur, et quocumque petiero, capiendum dicebant. Quibus me insontem et coreanum, ideò omnia, quae proferebant verba, naturam nullā ratione mutari posse reposui, atque etsi comprehendendus forem, animum pace frui, cùm innocenti causam suam defendere non sit difficile. His auditis me ejecerunt. Ipsi sciebant me versùs Seorum seu Hangnan, quae est urbs capitalis Coreae, iter agere ; miserunt itaque dolose, qui examinaret, quam tenderem plagam. Caeterùm manus satellitum effugere incertissimum erat et sola pecunia, quam gestabam, ex suspitione latrocinii mihi mortem parare poterat, omnis enim latro ex lege occiditur.

Postquam vidi vigilem regressum, hominesque persuasos me Seorum petere, circuitu domunculam evitans ad Sinas redire coepi.

Verum post solis ortum viam procedere non audens, in monte arboribus distincto me abscondi. Dein solis ad occasum, quum terram operuissent tenebrae, celeri passu letsou perveni circa horam secundam noctis. Indè eligens partem urbis sinistram, quae contra mare est, per loca ardua et invia errando (in his omnibus locis erant tecta, ut puto, custodum confiniorum) ad fluvium Yalo deveni; iam sol oriens cuncta luce illustrabat. Interjecto primo et secundo flumine, solitudinem petens (quae per diem frequentatur Coreanis in Sinas advenientibus et patriam repetentibus) vestimenta in formam sinicam consuere aggressus reliquam diem consumpsi.

Surgens cùm fecissem iter decem ferè leucarum, sol apparuit. Vesperè iter persecutus in Pien-moun pernoctavi, et quintā die comparatis rebus, in Pai-kia-tien ad Rdum Patrem Maistre perveni.

Nunc expectantes reditum Francisci ad martium, pace fruimur. Pia relatio per spiritum coram Deo et B. M. V.

Vale Reverendissime Pater. Vestrae Paternitati

Obsequens filius Andreas Kim-ay-Kim.

## Letter 7.

J. M. J

Place where written: Liaodong (Baijiadian).

Date when written: February 16, 1843

Recipient: Father Libois, Procurator, Foreign Missions

Reverendissime Pater,

Quùm prima epistola non fuerit missa, hanc solùm addo illi referens nova, quae recepi, nuntia. Disponente Rdissimo Patre Maistre die 23a decembris profectus, interjectis quatuor diebus, in Pien-moun sine ullo offendiculo perveni. Cursor ex Coreã nomine Franciscus Kim, jamdudùm in Pien-moun adveniens, dies multos manserat expectando nostrum occursum. Quùm crederet Sinenses cursores non esse venturos, gratiã sociorum gentilium, quos secutus fuerat, et eorum favore in Sinas veniendi licentiam obtinuerat, adscriptus in numero Pekinum euntium unã cum deputatis Coreae regiis pergebat. Hunc in viã non longè à Pienmoun inter turmas, Deo disponente, reperi ; nec ego illum, neque me ille agnoscebat. (invicem semel videramus ante octo annos) Interrogatus tandèm, an Christianus esset, respondit : Ego sum christianus, et vocor Franciscus Kim ; cui ego similiter reposui. Tùm illum rogavi, ut Pekinum petere sisteret, et in Pien-moun reverteretur ad negotium habendum de introductione Rdorum Patrum in suam missionem. At se id sine gentilium sociorum admiratione ac persecutionis periculo peragere non posse respondit.

Simul in futurum cum aliis christianis omni conatu et opere dispositurum pollicitus est. Itaque eum comitando cum meis conductoribus Sinensibus, primum quaesivi de salute Patrum. Ille omnes ob Christi sanctam religionem interfectos retulit, et ducentos ferme christianos nece affectos, maximè autèm inter ipsos primores. Fratris mei Thomae parentes occisi sunt pariter : pater verberibus, mater gladio martyrii coronam receperunt. Parentes mei similiter multa passi sunt ; pater decollatus est, mater vero sine refugio inter christianos afflicta vagatur. Haec et alia multa, quae hic referre longius foret, mihi Franciscus narravit. Illustrissimus Episcopus Imbert jamdudùm proditorum et satellitum investigationibus agitatus, latebat in loco, cui nomen est Souen. Dein adventantibus, duce Judã, ministris infernalibus, cùm minùs facilis daretur fugiendi exitus, liberè procedens ad tribunal magistratum est perductus. Demùm audiens christianorum nomen esse delendum, nisi duo patres sese proderent, eos litteris advocavit. Tali modo unã eodem die martyrii coronã decorati fuere.

O quali gloriã ornati! Sub Christi vexillo fortiter certarunt, habitãque victoriã, circumdati purpurã, diademate supèr caput imposito, caelestia tabernacula triumphantes intrarunt!

Sed quam infelix Corea! quae per tot annos pastoribus orba remansit et cum tanto labore habuisset, omnes uno momento amisit. O infelicem et indignam! Ad minùs si unum reservasset, sed omnes devoravit! O improbam! In his diebus cessarunt persecutiones et pace fruuntur christiani ; at sine Patribus, velut oves sine pastore errant et gemunt.

Proditor praecipuus, qui religionem recentèr erat amplexatus, nominatur Kim Ye-sam i, fuit occisus ; eius mortis ratio alia non videtur, nisi quod improbus sit, et publicè aliis nocens. Tales nempè poenã morteque mulctatos historiã narratur. Alter eo quod uxoris suae parentem denuntiasset, juxta legem est strangulatus. Dux satellitum, a quibus Patres et christiani plurimi deprehensi fuere, ob injustitiam, ut opinor, aliquam patratam, dignitate privatus, atque in exilium missus, morte damnatus dicitur.

Demum arguente me, quod per tot annos nullum nuntium mittere tentassent, respondit,

in primis ob proditorum machinationem non ausos esse, miserunt dein cursorem, qui in viā mortuus traditur ; secundā vice missus in Pien-moun, nullo cursore sinensi adveniente reversus est.

Hāc vice superveniens Franciscus, nemine invento, usque ad Peking urbem ire decrevit.

Caeterum multa interrogare nequivi, quippe id circumstantia non permisit. Post haec, relicto illo, acceptisque litteris, quas attulerat, in Pien-moun regressus mansi diem unam. Deinde considerans Patres non nisi post annum in suam missionem posse intrare, statim ad Coream pergere, ut disponere possem pro Patrum introductione circa februarium. Quaesiveram vero a Francisco, utrum ingressus aliquis foret. Difficillimum esse transitum imò impossibilem asserens ille, unicum, more scilicet pauperum ligna vehentium, introitum patere retulerat.

Sequenti igitur die circa primam horam consurgens, postquam sumpsi habitum coreanum, quem praeparaveram, cursoribus sinensibus valedictis, iter procedere coepi.

Cum paulisper processissem, nesciens quā viā iretur, me retinui sub arbore. Ibi adventante quadam bestiā, recordatus me per oblivionem reliquisse cultrum ad ligna colligenda, in Pien-moun regressus non inveni.

Deinde ad occasum solis, perfectis ut fertur tredecim leucis, à longè visa est civitas Ietsou. At dubius ingressus me angebat. Sed in Dei misericordiā fretus et protectione B. M. Virginis, de quā non est auditum à seculo quemquam ad illius currentem praesidia esse derelictum, urbis portae appropinquavi.

Stabat miles ad limina, tabulas licentiae exigens singulorum. Tum me posui in medio virorum, qui ex Pien-moun cum bobus revertebantur. Miles, quum jam in eo esset, ut à me exigeret, adiit ad telonii praefectos. Boves magnitudine corporis multum mihi favebant. Nondum adhuc finis erat ; jubebantur enim singuli sese praesentare coram telonii praeside, et nomina profiteri, quae accensā luce, nam tenebrae visum obnubilarant, examinabantur. Praeter haec, alter praefectus in altiori loco sistens cavebat, ne quis fugere tentaret. Interea ego nesciebam quid agendum. Jam incipiebant abire, qui primi examen subierant, eos clam sequens ibam. At me retrò appellabat praefectus, arguens quod non datā tabulā abirem. Ego velut surdus non respondebam. Cum perseveraret vocare, reposui : Quid? Traditae sunt tabulae. Deinde quum crederem illos ad me persequendum parare, fugiens me recepi in suburbium ; ibi nullā me recipiente domo, per totam noctem feci iter ferè decem leucarum. Circa auroram frigus expellendi gratiā, in domunculam ingressus reperi viros sedentes, qui, me viso, figurā, habitu, linguā extraneum esse affirmabant. Scrutare demum aggressi, tibiale, quod erat sinicum, et caput visitarunt. Praeter unum, qui mei miserebatur, omnes adversum me loquebantur, et quocumque petiero, capiendum pronuntiabant. Quibus me insontem et Coreanum, ideò omnia, quae proferebant verba, naturam nullā ratione mutari posse respondi, atque etsi deprehendendus forem, animum pace frui, cum innocenti causam suam defendere non sit difficile. His auditis me foras ejecerunt.

Ipsi, me dicente, sciebant me versus Seorum seu Hangnan, quae est urbs capitalis Coreae, iter agere. Miserunt itaque dolose, qui examinaret, quam tenderem plagam. Caeterum manus satellitum effugere difficillimum erat, et sola pecunia, quam gestabam, ex suspitione latrocinii mortem mihi procurare poterat. (omnis enim latro ex lege occiditur). Postquam vidi vigilem regressum et homines persuasos me Seorum petere, circuitu domunculam evitans ad Sinas redire coepi.

Verum post solis ortum viam procedere non audens, in monte arboribus distincto me abscondi. Dein ad solis occasum, quum tenebrae terram opperuisent, celeri passu Ietsou perveni circa horam secundam noctis. Inde eligens partem urbis sinistram, quae contra mare est, per ardua et invia errando (in his omnibus locis erant tecta, ut puto, custodum) ad fluvium Ialo perveni. Jam sol oriens luce cuncta illustrabat. Trajecto primo et secundo flumine, solitudinem petens (quae per diem frequentatur Coreanis in Sinas advenientibus et patriam repetentibus), vestimenta in formam sinicam consuere aggressus, reliquam diem consumpsi.

Surgens cùm fecissem iter decem circitèr leucarum, sol apparuit. Vesperè iter persecutus, in Pien-moun, ridentibus omnibus, pernoctavi. Dein Deo protegente et B.M. V., comparatis aliquot rebus, quintā die, quae fuit sexta Januarii, in Pai-kia-tien ad Rdum Patrem Maistre perveni.

Nunc expectantes Francisci reditum ad Martium pace fruimur. Caetera clariùs cognoscet per epistolas Patrum. Miserunt primarii coreani epistolam, quam ad Patrem mitti puto. Haec dirigebatur ad P. Mouli.

Pia recordatio per spirit. coram Deo et B. M. V.

Paternitati Vestrae

obsequens filius Andreas Kim

## Letter 8

J. M. J.

Place where written: (Xiaobajiazi<sup>3</sup>).

Date when written: May 17, 1844

Recipient: The Most Reverend Father N. F. Libois

Reverendissime Pater,

Die decimā quintā Maii litteras a Patre missas cum maxima voluptate perlegi. Anno elapso circā lunam tertiam et nonam ex mandato Superiorum iterū me contuli in Pien-moun et nuntia recepi de Coreā. Nunc christiani pace fruuntur, sed sine Pastoribus in caligine tenebrarum jacentes gemunt. Illa regina persecutrix adhuc vivit ; rex autem, ut fama fert, interdū insaniente morbo laborat. Nunc dispositum est, ut familia christiana commigret in Itseou, si hoc Deus permiserit, ingressus in Coream evadet utique facilis. Caeterū nos Dei clementiam unicè exorantes et cuncta ejus providentiae committentes de die in diem expectamus ingressum.

Nunc unā cum Reverendissimo Episcopo Ferréol commoramur in Mongolia. Die quinta februarii ab Illustrissimo Episcopo missus ad explorandam viam per septentrionem, sine magnā adversitate totum iter perfeci in spatio duorum circitèr mensium. Hong-si-kai, quae villa linguā Mantsurensium appellatur Houn-tsoun, distat a Pakia-tze, ubi mansionem facimus, 200 leucis. Inter Houn-tsoun et Ninggota se interponit desertus locus 50 leucarum itineris in transitu. Per totum hoc desertum non sunt diversoria, et homines vagabundi ad certam sertim Immaculatae Conceptionis B. M. V. cum aliquot crucifixis, rosariis, et cultellis pro pennis captandis. Thomas hac vice non scribit et pronus Patrem salutat.

Paternitati vestrae

Humillimus atque indignissimus filius Andreas Kim-ai Kim.

---

<sup>3</sup> Originally, this letter did not indicate its source, but it can be seen that it was written in the Manchurian village of Xiaobajiazi 小八家子村, an old Catholic village located about 23 miles northwest of Changchun 長春 in Jilin 吉林 Province, where Catholicism began to spread from 1796. After that, in 1838, the Liaodong Apostolic Vicariate was established, and at the same time, the Paris Foreign Missions took charge of it.



## Letter 9

Place where written: Mongolia [Xiaobajiazi]

Date when written: [December 15, 1844]

Recipient: Bishop Ferréol

Monseigneur,

Après avoir reçu la bénédiction de votre Grandeur et avoir pris congé d'Elle, nous nous assîmes sur notre traîneau, et glissant rapidement sur la neige, nous arrivâmes en peu d'heures à Khouantcheng-tse. Nous y passâmes la nuit. En étant partis le lendemain, le second jour nous franchissions la barrière de pieux et nous entrions en Mantchourie. Les campagnes toutes couvertes de neige et ne présentant partout que la monotonie de leur blancheur uniforme, offraient cependant à nos yeux un spectacle amusant par la multitude de traîneaux qui les sillonnaient en tous sens, pour se rendre d'une habitation à une autre, avec une vitesse que l'on voit rarement en Chine.

La première ville que nous rencontrâmes fut Ghirin, métropole de la province qui porte le même nom, résidence d'un Tsiang-kiun ou général d'armée. Elle est assise sur la rive orientale du Soungari, dont le froid de Février enchaînait encore le cours. Une chaîne de montagnes courant de l'occident à l'orient, et dont les cimes s'effaçaient alors dans un léger nuage de vapeurs, l'abrite contre le vent glacial du Nord.

Comme presque toutes les cités chinoises, Ghirin n'a rien de remarquable, c'est un amas irrégulier de chaumières bâties en briques ou en terre, couvertes de chaume, avec un seul rez-de-chaussée. La fumée qui s'élevait de leurs toits, montait perpendiculaire, et se répandant ensuite à peu de hauteur dans l'atmosphère formait comme un manteau immense, de couleur bleuâtre, enveloppant toute la ville. Les Mantchoux et les Chinois l'habitent conjointement ; mais les derniers sont beaucoup plus nombreux. Les uns et les autres, me dit-on, forment une population de 600,000 âmes ; mais comme le recensement est inconnu dans ce pays et que la première qualité du récit chinois est l'exagération, je pense qu'il en faut retrancher les trois quarts pour avoir le nombre réel de ses habitants.


Apud ministros et praefectos regni Coreae reperiuntur quaedam systemata seu principia, quae re nihil aliud sunt, quam vanum nomen.

Unum vocatur Piek, aliud Si. Systema Piek est contra Si et vice versā Si contra Piek bellat. Illa duo principia inter se ita aversantia consistunt principaliter in admittendis quibusdam opinionibus diversae sententiae. In primis non erant magni momenti, nunc, ut aiunt, non sunt parvi momenti. Unde oriuntur inter ipsos invidiae, jurgia, contentiones, occisiones ; invicem provocant, invicem accusant, et mutuò dejicientes ad exilia damnant. Subdividuntur illorum principia in Noron (id est septentrionalis), et Namin (meridionalis). Noronsitae generatim sunt sectatores systematis Piek, et vice versa Naministae principii Si, licet inter eos reperiatur variatio. Religio Christiana a Sitis admittitur et rejicitur a Piekistis ; itaque Piekistae sunt religionis christianae hostes. Regina Kim Taipi (avia regis praesentis) est de systemate Si, et regina junior, nempe mater regis est de principio Piek, item major pars Ministrorum sunt de Piek.

Itaque quando Piekistae volunt consurgere adversus Sitas, omnes quod innocentium sanguinem multum effuderit, et usque nunc optat bellum. Juxta institutum regni, non possunt extraneos occidere, sed ad sua remittere. Ideo Sinenses, Tartaros et Japonenses, datis necessariis rebus, semper remittunt. Sed patres occiderunt, certò quidem propter religionem. Caeterum gubernium sibi persuasit, patres esse in Coream missos a Papā et rege Galliarum ; quare, interfectis patribus, verebantur potissimum, quia credebant, ut dicebant satellites, eos occidendo regi Galliae injuriam irrogare, sic eius majestatem laedere, et audierant ab Anglis, Europeos reges propter necem subditorum bella suscipere. His similibus cogitationibus agitati, ministri trepidabant ; et quando nuntiabatur naves ad mare transire, erant Anglicae, putaverunt adventare Gallos ad vindicandum sanguinem Patrum. Pari modo populus ubique spargebat rumorem dicens, naves europeas adventare.

Sed nunc videntes Gallos jam a multis annis nihil dicere, sibi falsò persuaserunt, Galliam esse minùs metuendam monarchiam, quam credebant. Unde nunc, deposito terrore, denuo patres occidere parati sunt. Quare si sic derelinquentur ministri (Rex in multis innocens est), nec Patres nec nos christiani vivere poterimus. Deus provideat! Si autem aliqua navis Gallica in Coream veniat, et nihil de Patrum occisione mentionem faciat, tunc erit pejus pro christianis. Nunc gubernium omni attentione expectat nostrum regressum ad occidentum ; ecce ego sum prope illos, et nesciunt, ideo non sufficienter attendunt ; attamen si scirent ministri, me in Coream rediisse, statim ubique quaererent.

Christiani post Pastorum obitum, adhuc per duos annos vexati sunt. Nunc autem a 4 annis pace fruuntur, et optant omnes, ut cito recipiantur missionarii ad ipsos reficiendos, paganos convertendos, omnes perficiendos. Hodie de die in diem crescit fidelium numerus, qui a Patrum obitu usque nunc non fuit diminutus, sed potius auctus est, quare ad minus referri potest ad decem millia.

Pagani plurimi, veritate religionis intellecta, se ad verum Deum convertunt. Multi ad pauca verba convertuntur. Item non pauci reperiuntur, qui religionem audire desiderant. Si nunc aliquis audactèr eis praedicaret, innumeri essent, qui religionem amplexarentur.

Decem christiani incarcerati manent, et 5 sunt in exilio. Regina Kim Taipi, avia regis, adhuc vivit, multis afflictionibus oppressa, consolationes quaerens, se addixit religioni

Bonziorum. Mors hujus erit magna calamitas pro christianis. Rex bene valet, sed subiit periculum perdendi t(h)ronum ; nam ministri, inuito consilio, quādam nocte voluerunt regem e t(h)rono tollere et alium ponere. 19 annos habet, licet juvenis, est satis gravis, habet in facie multa puncta ex morbo contracta, nasum exaltum, figurā difformis non est. Mortua uxore, aliam duxit 15 annos natam nomine Hong.

Ministri persecutores Tso Mangnengi et Tso Ingnengi adhuc vivunt cum multā potestate. Kim Tsengei minister 2ae classis, catechumenus, ex exilio nondum rediit.

Populus Coreanus pace fruitur, et manducat ad saturitatem ventris, ideo multum spargit belli rumorem.

Proditor Kim Iesangi dicitur in exilio adhuc vivere, et duxisse concubinam. Ipse quoque multa tormenta sustinuit ; et praesertim satellites et praefecti illum oderant, ideò totis viribus illum verberarunt, his verbis reprehendentes : “Tu es pejor Judā, nam Judas Jesum, qui venerat ad moriendum pro mundo, prodidit, tu vero patres, qui venerunt potius ad vivendum, prodidisti, es homo nequam.”

Ego nondum sanatus sum ab infirmitate oculorum ; et interim in gravem morbum illapsus multum aegrotavi, et nuper convalescens levo debile caput ; et multa quidem habeo facienda, corporis tamen debilitate retineor. Heu! animus quidem promptus est, sed operatio infirma. Multa sunt disponenda, sive pro nunc, vel pro futuro, sive pro hic et viā ad septentrionem, atque pro proficiscendo in Kiang nang, sed infirmitas non permittit agere ; itaque sic sedeo in meā infirmitate et impotentia ; Sit nomen Domini benedictum! Doceo duos alumnos 14 annos natos, et duos designavi, sed non permisi venire.

Caeterum in meā infirmitate, quantum possum, dispono viam ad Kiang-nang, et mox profecturus sum. Et christiani hoc anno ibunt ad septentrionem pro receptione Patris Maistre et Thomae. Patrem moneo, quod perdifficile est aliquid in Coream mittere per naves sive europeas sive sinicas, nam quando illae veniunt, gubernium, positus ubique militibus, custodit, et attendit, ne quis coreanorum ad illas eat. Patri mitto unum involucrum papyri : sunt viginti folia ; aliud involucrum papyri minus ; tria folia imaginum coreanarum, picturam octo partibus constantem, cui titulus Pieng-Poung ; vas nocturnum ex cupro ; tria crumena (flavi coloris habet), reliquias Patrum, Cartam Coreae; tria pectina cum instrumento ad purgandum ; 4 penicilla non debent solvi, nisi extremitates quantum opus est ; unam mattam.

Vale

Paternitati Vestrae

Obseq. et inut. Andreas Kim-hai-Kim

**Letter 13.**

JMJ

Place where written: Shanghai

Date when written: June 4, 1845<sup>5</sup>

Recipient: Reverend Father Libois

Elapso anno ab Reverendissimo Episcopo Ferreol V. Apostolico Coreae in ejus missionem missus fui. Nunc, dispositis in Coreā rebus, cum navi et undecim christianis in Sang-hai veni, et ardentem expecto reditum praedicti Praesulis. Sum valdè occupatus, ideo non multa dico. Postea Patri ordinatiùs scribam.

Vale

Reverentiae vestrae

Andreas Kim alumnus coreanus

---

<sup>5</sup> The day Kim Dae-geon arrived in Shanghai.



#### **Letter 14.**

Place where written: Shanghai

Date when written: (no date, probably June 4, 1845 like the previous letter)

Recipient: Bishop Ferréol, Vicar Apostolic of Korea

Rme Praesul,

Postquam Reverendissimae Amplitudini in Pien-moun valefeci, circa vesperam ad Eitseou perveni. Tunc, praemissis cursoribus, solus et fluvium et telonium per noctem transivi et sustinui aliquantulum miserias.

Consumptis dein 5 diebus appropinquavimus civitati, cui nomen Pieng-iang. Indè prosperum iter habuimus usque in Seoul. In urbe a Christianis receptus, et diversis afflictis rebus multoties aegrotavi: nunc cum navi et undecim christianis in Sang-hai veni, et expecto adventum reverendissimae Amplitudinis Vestrae. Sum valdè occupatus in multis, ideo non multa refero.

Amplitudini V.

Andreas Kim Corean.

#### **Letter 15.**

This letter is lost, the only reference to it is found in a letter by Father Claude Gotteland, SJ, dated July 8, 1845.

## Letter 16.

Place where written: [Shanghai]

Date when written: July 23, 1845

Recipient: Father Libois

Reverendissime Pater

Postquam omnia disposui, cum undecim christianis navim conscendi. Inter hos quatuor tantum fuerant nautae, reliqui nequidem mare viderant. Caeterum cum omnia occultè agerem, et celeriter, non potui habere bonos nautas, nec alias res, relictis omnino necessariis.

Igitur die 24a lunae 3ae vela facientes ad mare evecti sumus. Tum christiani videntes mare, mirabundi ab invicem quaerebant : quò tendimus? Verum non audebant me interrogare, quo iremus ; quia prohibueram, ne quis de re, quam agerem, quaestionem faceret. Cumque, flante favorabili vento, unam diem navigassemus, supervenerunt magnae tempestates cum pluviam, quae duraverunt per tres dies, totidemque noctes, et, ut fertur, perdidere plus quam triginta naves Kiang-nan (Xang-hai). Crescente tempestate, navis fluctibus vehementer exagitata, horribiliter jactabatur, et prope mergebatur (navis est nimis parva, quae nunquam exit ad mare). Tum naviculam, quae per magnam trahebatur, jussi amputari. Demum quum periclitaremur, amputavimus ambos malos, et coacti fuimus provisiones in mare projicere. Tum navis parumper exonerata jux vim tempestatis jactabatur inter moles fluctuum.

Christiani per tres dies non manducantes graviter infirmabantur, et de sua salute desperantes conversi sunt ad luctum, ac flentes dicebant : “Ecce actum est, non poterimus vivere.” Quibus ego imaginem SSmae Virginis Miraculosae ostendi, quae erat et est unica spes nostra (post Deum), et dixi : “Nolite timere, Ecce Sancta Mater adest nobis auxilians.” His similibusque verbis eos, quantum poteram consolabar, et animum dabam.

Ego etiam eram infirmus, attamen contra repugnantiam manducans laborabam, et occultabam metum. Baptizavi eodem tempore paganum, qui jam erat catechumenus, quem assumpseram pro primo nauta.

Gubernaculum navis vi fluctuum confracta abiit. Tunc navis vento fluctibusque impulsa pellebatur ad oceanum. Itaque colligavimus vela, et in mare projicientes illam retinimus, at, rumpentibus funibus, vela aufugerunt. Tunc mattas simul cum lignis alligantes contra fluctus dejecimus. Quibus iterum perditis, omni auxilio humano destituti, sed spem in Deum et B. M. Virginem retinentes, coepimus dormire. A somno evigilatus reperi tempestatem decrescentem, et pluviam cessare. Transacta una die, coepimus vires resumere ; tunc jussi omnes cibos capere, et in Domino revivere.

Postquam fuimus refecti disponebamus ad navigationem. Verum non malos, vela, gubernaculum, naviculam habentes, quid ageremus, ignorabamus. Firmam tamen spem in gloriosissimam Virginem Matrem nostram retinentes, quidquid ligni, quod in navi remanebat, colligavimus et tali modo confecimus malos et gubernaculum.

Postquam navigavimus (ventus erat contrarius) 5 circiter diebus, pervecti fuimus ad littora provinciae Kiang-nan, ac mons visus est.

At resolutis malis, ac rebus ad navigationem necessariis deficientibus, desperabamus posse ad Xang-hai pervenire. Desiderabamus auxilium a Sinensibus petere, aut saltem viam interrogare, sed nec nos, propter defectum naviculae, ad eos ire poteramus, nec ipsi veniebant, e contra, visis nobis fugiebant.

Destituti humano auxilio divinum unice expectabamus. Supervenit tandem navis Xantonensis, quae, visis nobis, timens praeteribat. Vocavi illam vexilli agitatione et tympani sonitu. Primò nolebat venire, sed postea mota misericordiam venit. Itaque in illam ascendi, et cum salutassem ducem navis, rogavi, ut nos duceret usque in Xanghai. At ille nec oratione nec

precibus annuens, mihi consilium dabat, ut secum in Xan-tong irem, et per Pekinum, ut mos est, in Coream ingrederemur. Cui respondi, nolle per Pekinum repatriare, sed necessitatem habere eundi in Xang-hai ad reficiendam navim. Tandem, promissione mille patacarum factā, acceptavit.

Indè cū navigassemus (ventus erat semper contrarius) octo circiter dies, habuimus tempestatem, quam, Deo adjuvante, illaesi sustinuimus ; verum navis quaedam amici conductoris nostri fecit naufragium, omnes perierunt excepto uno. Post tempestatem nobis navigantibus occurrerunt piratae, qui conductori dicebant : “Noli trahere navim illorum : volumus enim rapere.” Quibus auditis, jussi explodi contra illos. Tunc, relictis nobis, abierunt. Consumptis 7 circiter diebus pervenimus ad Ousong-keou. Miserunt ad nos mandarini satellites, qui interrogarent, unde, quomodo, cur venissemus. Quibus retuli : “Coreani sumus, magnus ventus nos huc apportavit : volumus ire ad Xang-hai, ad reficiendam navim.” Angli, duces navium, ad nos venerunt. Quibus exposui, quod essemus Coreani et venissemus ad quaerendos missionarios ; simul eos rogavi, ut nos protegerent a Sinensibus, ac domum Consulis indicarent. Libentissime annuerunt petitionibus meis, et donarunt lagenas vini et carnem, ac me invitavēre ad coenam. Mansimus in Ou-song unam diem. Interim fui ad mandarinos ejusdem loci. Illi multas quaestiones faciebant ac volebant nos imperatori suo denuntiare, et sic per terram in Coream remittere. Quibus respondi : “Ego non ignoro consuetudinem utriusque gentis, sed nolo per terram in Coream redire, nolo etiam imperatorem certiore fieri de nostro adventu : igitur nolite ei referre. Caeterum sive imperatorem monebitis, sive non, parum mihi refert, ego ipse, refectā navi, in Coream redibo : unde nihil propter nos sollicitudinis habeatis. Vobis autem satis est nosse me appulisse littora imperii vestri, et sufficit mihi bibisse aquam vestrae regionis, ac terram calcasse, solum volo habere plenam libertatem. Caeterum vos rogo, ut scribatis mandarino Xang-hai, quòd navis coreana vadit ad Xang-hai reficere navim, et nolit magnum mandarinum Xanghai quidquam molestiae aut sollicitudinis sustinere propter illam, et petit, ut mandarinus Xang-hai illi permittat manere sine molestiā vel aliquā inquietudine etc etc.”

Mandarini postquam viderunt me communicare cum Anglis, dicebant : “Iste homo, cum sit Coreanus, quomodo est intimus Anglorum amicus, et eorum intelligit loquelam?” Et mirabantur vehementer.

Ex Ou-song vela facientes intrabamus in portum Xang-hai. Advenerunt duo Angli, et volebant, ut irem cum illis. Itaque, navi conductori sinensi commissā, descendens in eorum naviculam, fui perductus in Xang-hai. Tum ab Anglis petii conductorem, qui me ad Consulem duceret. Arthur John Empson nomine, Anglus, loquebatur gallicè litteram pro me ad Consulem scripsit. Fui perbenè receptus a Consule, cui exposui omnes necessitates, ac rogavi, ut nos protegeret a Sinensibus.

Rev. Episcopus Ferreol Consuli praedixerat nostrum adventum et illum rogarat, ut nos protegeret ; undè Consul jam sciebat nos adventuros. Deindè fui apud christianos, ibi cū expectassem duos dies, adventit Pater Gotteland, a quo recepi quingentas et octoginta (580) patacas ; 400 patacas conductori Sinensi dedi, et 30 fere patacas propter eos consumpsi.

Interea mandarini Xang-hai ministros ad Coreanos mittentes de multis quaestionem fecerunt, et, positā custodiā, per noctem custodiebant. Ipse Taottai cum ministris venit videre navim, et, reversus misit viginti modios oryzae et 20 libras carnis.

In navim reversus reperi christianos turbatos. Nam mandarini de multis eos interrogant, et aliquot millia Sinensium concurrerant ad videndum. Mandarini, ut sciverunt me rediisse in navim, miserunt ministros, qui peterent rationes, ob quas venerimus et nomina singulorum, aetatem, locum commorationis etc. etc. Quibus reposui perpauca. Caeterum mandarinos monui, ne amplius mittant viros ad me molestandum.

Deinde jussi oryzam et carnes reportari. Fui semel atque bis apud Mandarinos pro componendis diversis negotiis et molestationibus. Mandarini Xang-hai retulerunt omnia magistratui Song kiang Fou, qui rescripsit se nosse me (forte ipse audierat de me, quando fui

cum Domino Cecile) et voluit ut manerem in Xang-hai ad libitum.

Caeterum Sinenses prae curiositate nimium irruentes cum baculis recepi, et animadverti verbis quosdam ministros mandarinorum inciviliter erga me agentes, qui et puniti sunt ab ipsis mandarinis. Incolae Xang-hai imaginant me esse hominem magnum, et mandarini videntes me cum Anglis amice conversari, dicunt : Koukouai, ac multa in mente suscipidiosè revolvunt.

Miserunt mandarini die quadam interrogantes, quando proficisceremur. Respondi eis : “Ego adhuc debeo remanere hic ad navim reficiendam, insuper audivi Magnum Mandarinum Gallum Cecile adventurum esse huc cito, ideo etiam volo remanere ad eum videndum.” Mandarini multum expectant diem, quā proficiscemur ; timent enim, ne perdant dignitates.

Inutile est, ut opinor, enarrare omnia, nec habeo tempus, ideo hic sto. Iam refeci totam navim ; nunc aedificatur navicula. Omnes in Domino benè valemus, et expectamus ardentissime die in diem adventum R. Episcopi Coreae. Consul Anglus bene valet et optime de nobis curat. Rev. Episcopus Bezi nondum rediit, et in viā aegrotat. In Nanking est parva persecutio.

Peto a patre imagines et numismata pro nautis et eis, qui pro missione multum laborarunt, insuper imaginem S. Thomae Doctoris, Caroli, Josephi nutritii Domini nostri, Joannis Apostoli, crucifixi. Attuleram quaedam objecta Coreana pro Patre : nunc non habeo opportunitatem mittendi, ideo quando Rev. Episcopus venerit, spero, quod poterunt mitti. Mittat omnes res mittendas pro missione Coreana. Salutet, quando scribet, omnes patres, quos novi. Jam debuisssem Patri mittere litteras, sed diversae occupationes impediēre, et insuper Pater Gotteland volebat perlegere relationes, quae hic sunt.

Res, quae in Corea possunt vendi, sunt tela europea diversi coloris praesertim albi, serica diversi coloris, pannus omnis coloris praesertim rubri, viridis, tela sinica et similia.....

Christiani salutant Patrem. Paternitati Vestrae

Ind. et inut. f. Andreas Kim Hai Kim

Scribo parvam litteram Episcopo Ferreol. Si non erit apud sed profectus, ipse pater illam leget, et faciet sicut voluerit.

## Letter 18.

Rmo Patri Libois Procuratori Missionum ad externos

die 20 Novembris 1845

Reverendissime Pater,

Ex Kiang-nan profecti sumus circa mensem Septembrem. In altum mare propecti, multoties per tempestates jactati sumus. Crescente dein ventorum vi ac confracto gubernaculo, malos amputavimus, ne naufragaremus.

Inde navigantes nos contrarius ac vehemens ventus exportavit usque ad insulam Quelpaert.

Consumptis tandèm multis diebus, attigimus portum, cui nomen Kiang-kieng, et, Deo favente, sine ulla adversitate a Christianis fuimus recepti.

Nunc Illustrissimus Episcopus Ferreol et Rdus Pater Daveluy benè in Domino valent, et student linguae. Disponimus iter ad receptionem Patris Maistre et diaconi Thomae. Rex et ministri persecutores adhuc vivunt. Christiani pro nunc pace fruuntur, licet aliqui persecutionis rumores eos agitent. Circa lunam 7am praesentis anni una navis Anglica fuit ad insulam Quelpaert ; eo tempore ministri et populus timuerunt, existimantes eos venisse ad ulciscendum sanguinem Patrum occisorum. Hujusmodi frequentia navis europeae in Coream excitat aliquod odium paganorum in christianos. Illi enim credunt europeos adventare ex invitatione et communicatione christianorum. Nonnulli pagani suspicantes nostram expeditionem ad Kiang-nan, malitiosè loquuntur investigantes.

Imperitus sermone non audeo multa scribere, quia Ill. R. Episcopus Ferreol et Rdus Pater Daveluy Patri scribent et quidem non multa mihi suppetunt referenda, cùm nihil ferme egerim nisi in propositis et votis.

Caeterum Rmo ac Optimo Patri meo Libois necnon Rmo P. Legregeois, omnia fausta et prospera deprecor cum omni cordis sinceritate. Mei mementote, Rme Pater, in oratione et Missae sacrificio.

Paternitati vestrae

Caeterum Rmo ac Optimo Patri meo Libois necnon Rmo P. Legregeois, omnia fausta et prospera deprecor cum omni cordis sinceritate. Mei mementote, Rme Pater, in oratione et Missae sacrificio.

Paternitati vestrae

Ind. et inut. servus Andreas.

## Letter 19

J. M. J

Place where written: [In prison, Seoul]

Date when written: the 8th day of the 6th lunar month, 1846<sup>6</sup>.

Recipients: the Most Reverend Fathers Berneux, Maistre, Libois, Legrégeois.

Unam vobis, Reverendissimi Patres, litteram mittendo, minus Vestras Paternitates venerari videor ; loci tamen circumstantia atque mens erga Revmos ac Illustriss. PP. affectus ad id cogunt.

Circa lunam 3am ex dispositione Illustrissimi atque Rmi Episcopi Ferreol, navigavi ad insulas Pe-lin-tao. Hic reperi naves sinicas piscatorias ; per eas ad R. Patres misi plures litteras, quae postea omnes fuerunt comprehensae a satellitibus coreanis ; erant litterae latinis et sinicis litteris scriptae. Redeundo sum captus cum 4 christianis. Concatenatos nos perduxerunt in civitatem capitalem ; in via pernoctabamus per oppida ; omnis plebs accurrebant ad videndum. Eram captus quasi extraneus. In urbe reperi plures christianos captos. Mox captus est Carolus Jen cum quinque mulieribus, quae missioni inserviebant. Item captae sunt res, quae apud me erant : pecuniae, ornamenta, etc. Nunc ubique miserunt satellites ad capiendos christianos, praesertim Thomam Li, Ill. Episcopi Ferreol ministrum. Timendum est, ne capiatur Episcopus et Pater. Ista vice etiam fiet persecutio magna, multas quaestiones sustinui propter epistolas.

Concarceratos fideles reficio confessionis sacramento ; baptizavi 2 catechumenos ; sumus 10 hic, in alio carcere sunt forte 7 vel 8.

Multa iudicibus dixi de fortitudine Galliae et generositate morum. Videntur credere, sed afferunt, quod nihil mali habuerint a Gallis, postquam Gallos patres occiderint. Timent aliquo modo me occidere propter Gallos, sed iterum non timent propter allatam rationem.

Nunc, nisi Deus providerit, non datur christianis coreanis remedium ac via ad missionarios introducendos atque conservandos.

Esset valde bonum, ut Consul Gallus arguat imperatorem Sinarum de nece Patrum, et scribat illi, ut imperator jubeat regem Coreanum, non tam facile seu despectè occidere gallos, et dare christianis libertatem. Si ita imperator Sinarum Regi coreano jusserit, obediet. Licet postea Christiani impediti, non poterunt ire ad missionarios recipiendos, operam dent Patres, ut per naves Anglicas veniant.

Finio scribere; Saluto Patres Rmos pro ultima vice. Salve Illust. Praesul Berneux.

Salve Pater Rme Maistre.

Salve Pater mi Reverme Libois. Salve Rme Legregeois.

Spero mox nos invicem revisuros in coelo apud aeternum Patrem.

Saluent, rogo, pro me omnes alios RR. PP.

Vale, mi frater amantissime Toma, videbimus nos in coelo ; tibi commendo specialem curam matris meae Ursulae.

Ego autem me credo virtuti Christi, pro cuius nomine sum vinctus.

Spero, quod Deus me sustinebit usque in finem in tormentis fortem. Miserere nostri, Deus, miserere nostri. Vide afflictionem nostram.

Si iniquitates nostras observaveris, Domine ; Domine, quis sustinebit!!!

Valete Ill. ac Reverendissimi.

inut. ind. servus Andreas Miss. Ap. Cor. Pro Christo vinctus 1846 Lunae 6ae die 8a

---

<sup>6</sup> July 30 by the solar calendar.

Naves Sinenses piscatoriae Xantonenses veniunt ad insul. Pe-lin-tao luna 3a et redeunt luna 5a.

## Letter 20.

Place where written: In prison, (Seoul)

Date when written: August 26, 1846

Recipient: Bishop Ferréol

Monseigneur,

Votre Grandeur aura su les choses qui se passèrent dans la capitale depuis notre séparation. Les dispositions de notre voyage étant faites, nous levâmes l'ancre, et poussés par un vent favorable, nous arrivâmes heureusement dans la mer Yenpieng, alors couverte d'une multitude de barques de pêcheurs. Mes gens achetèrent du poisson et se rendirent pour le revendre dans le port de l'île Souney. N'y trouvant aucun acheteur, ils le déposèrent à terre avec un matelot chargé de le saler.

De là continuant notre route nous doublâmes So Kang et les îles Maihap, Thetsinmok, Sotseng, Taiseng, et nous vinmes mouiller près de Pelintao. Je vis là une centaine de jonques du Chantong occupées à la pêche. Elles approchaient très près du rivage, mais l'équipage ne pouvait pas descendre à terre. Sur les hauteurs de la côte et sur le sommet des montagnes étaient en sentinelles des soldats qui les observaient.

La curiosité attirait auprès des Chinois une foule de Coréens des îles voisines. Je me rendis moi-même de nuit auprès d'eux et je pus avoir un colloque avec le patron d'une barque. Je lui confiai les lettres de votre Grandeur ; j'en écrivis quelques-unes adressées à

MM. Berneux, Maistre et Libois et à deux chrétiens de la Chine. Je joignis à cet envoi deux cartes de la Corée avec la description des îles, rochers et autres choses remarquables de la côte du Hoang-hai.

Cet endroit me paraît très favorable pour l'introduction des missionnaires et la communication des lettres, en usant avec précaution du ministère des Chinois. Chaque année vers le commencement de la troisième lune, ils s'y donnent un rendez-vous pour la pêche, ils retournent sur la fin de la cinquième lune.

Après avoir exécuté vos ordres, Monseigneur, nous repartîmes et nous rentrâmes dans le port de Souney. Jusque là mon voyage avait paru sous d'heureux auspices et j'en attendais une fin meilleure. Le poisson que nous avions déposé sur le rivage n'était pas encore sec ; ce qui prolongea notre séjour dans le port. Mon domestique Vénan me demanda la permission de descendre à terre pour aller récupérer l'argent qu'il avait laissé dans une famille où la crainte de la persécution l'avait tenu caché pendant sept ans. Après son départ, le mandarin escorté de ses gens vint à notre barque et en demanda l'usage pour écarter les jonques chinoises. La loi en Corée ne permet pas de se servir des barques des nobles pour des corvées publiques. Parmi le peuple on m'avait fait passer, je ne sais comment, pour un ianpan (nobles du pays) de haut parage, et en cédant ma barque au mandarin, je devais perdre ma considération ; ce qui eut nui à nos futures expéditions. D'ailleurs Vénant m'avait tracé une règle de conduite en pareilles circonstances. Je répondis au mandarin que ma barque était à mon usage et que je ne pouvais la lui céder.

Les satellites m'accablèrent d'injures et se retirèrent emmenant mon pilote. Ils revinrent le soir, et s'emparèrent du second matelot et le conduisirent à la préfecture. On leur fit plusieurs questions à mon sujet, et leurs réponses jetèrent de graves soupçons sur moi. Le mandarin sut que l'aïeule de l'un d'entre eux était chrétienne. Les satellites tinrent conseil et dirent : Nous sommes trente ; si cet individu est véritablement noble, nous ne périrons pas tous ; on en mettra un ou deux à mort, les autres vivront ; allons-nous saisir de sa personne. Ils vinrent la nuit, accompagnés de plusieurs femmes publiques, et se ruèrent sur moi en furibonds ; ils me prirent par les cheveux dont ils m'arrachèrent une partie, me lièrent avec une corde et du



pied, du poing et du bâton me chargèrent de coups. Pendant ce temps là et à la faveur de l'ombre de la nuit, ceux des matelots qui restaient se glissèrent dans le canot et s'enfuirent à force de rames.

Arrivés sur le rivage, les satellites me dépouillèrent de mes habits, me lièrent et me frappèrent de nouveau avec dérision et sarcasme, et me trainèrent devant le tribunal, où s'était rassemblée une foule de monde. Le mandarin me dit : Etes-vous chrétien? Oui, je le suis, lui répondis-je. Pourquoi contre les ordres du roi pratiquez-vous cette religion? Renoncez-y. Je pratique ma religion, parce qu'elle est vraie ; elle m'enseigne à honorer Dieu et me conduit vers une félicité éternelle ; j'ignore le nom d'apostasie. On me donne la question. Le juge : Si vous n'apostasiez, je vais vous faire expirer sous les coups.

Comme il vous plaira, mais jamais je n'abandonnerai mon Dieu. Voulez-vous entendre les vérités de ma religion? Ecoutez : le Dieu que j'adore, est le créateur du ciel et de la terre, des hommes et de tout ce qui existe. Il punit le crime, il récompense la vertu etc. d'où il suit que tout homme doit lui rendre des hommages. Pour moi, ô mandarin, je vous remercie de me faire subir des tourments pour son amour ; que mon Dieu vous récompense de ce bienfait en vous faisant monter à de plus hautes dignités. A ces paroles le mandarin se prit de rire avec toute l'assemblée.

On m'apporta ensuite une cangue longue de huit pieds. Je la saisis aussitôt et me la passé moi-même au cou. Des éclats de rire s'élevèrent de toutes parts dans l'auditoire. On me jeta en prison avec les deux matelots qui déjà avaient apostasié. J'avais les mains, les pieds, le cou et les reins fortement liés, de manière que je ne pouvais ni marcher, ni m'asseoir, ni m'étendre. J'étais oppressé par la foule que la curiosité avait attiré auprès de moi. Une partie de la nuit se passa pour moi à leur prêcher de religion ; ils écoutaient avec intérêt et m'affirmaient qu'ils l'embrasseraient, si elle n'était pas prohibée par le roi.

Les satellites ayant trouvé dans mon sac des objets de Chine, crurent que j'étais de ce pays. Le lendemain le mandarin me fit comparaître devant lui et me demanda si j'étais Chinois. Non, lui répondis-je, je suis Coréen. N'ajoutant pas foi à mes paroles, il me dit : dans quelle province de la Chine êtes-vous né? J'ai été élevé à Macao dans la province du Koang Tong ; je suis chrétien ; la curiosité et le désir de propager ma religion m'a amené dans ces parages. Il me fit reconduire en prison.

Cinq jours s'étant écoulés un petit officier à la tête d'un grand nombre de satellites, me conduisit à Hai tsu, métropole de la province. Le gouverneur me demanda si j'étais Chinois ; je lui fis la même réponse qu'au mandarin de l'île. Il me fit une multitude de questions sur la religion. Je saisis avec empressement l'occasion et je lui parlai de l'immortalité de l'âme, de l'enfer, du paradis, de l'existence de Dieu, de la nécessité de l'adorer pour être heureux après la mort. Lui et ses gens me répondirent : Ce que vous dites là est bon et raisonnable ; mais le roi ne permet pas d'être chrétien.

Ils m'interrogèrent ensuite sur bien des choses qui auraient pu compromettre les chrétiens et la Mission. J'eus garde de leur répondre. Si vous ne nous dites pas la vérité, reprirent-ils d'un ton irrité, nous vous tourmenterons par divers supplices. Faites ce que vous voudrez. En courant vers les instruments de torture, je les saisis et les jetai aux pieds du gouverneur, en lui disant : Me voilà tout prêt, frappez, je ne crains pas vos tourments. Les satellites les enlevèrent aussitôt. Les serviteurs du mandarin s'approchèrent de moi en me disant : C'est la coutume que toute personne partant au gouverneur s'appelle So-in (petit homme). Que dites-vous là? Je suis grand, je suis noble, je ne connais pas une telle expression.

Quelques jours après le gouverneur me fit comparaître de nouveau et m'accabla de questions sur la Chine ; quelquesfois il me parlait par interprète pour savoir si réellement j'étais Chinois, et il finit par m'ordonner d'apostasier. Je haussai les épaules et je souris en signe de pitié. Les deux chrétiens pris avec moi, vaincus par l'atrocité de la torture, dénoncèrent la maison que j'habitais à la capitale, trahirent Thomas Ly, serviteur de votre Grandeur, Mathieu

son frère et quelques autres ; ils avouèrent que j'avais communiqué avec les jonques chinoises et que j'avais remis deux lettres à l'une d'entre elles. Aussitôt un escadron de satellites fut dirigé vers les jonques et en rapportèrent les lettres au gouverneur.

On nous gardait avec une grande sévérité ; placés chacun dans une prison séparée, quatre soldats veillaient jour et nuit sur nous. Nous avions des chaînes aux pieds et aux mains et la cangue au cou. Une longue corde était attachée à nos reins et trois hommes la tenaient par le bout chaque fois qu'il nous fallait satisfaire aux exigences de la nature. Je vous laisse à penser quelles misères j'eus à supporter. Les soldats voyant sur ma poitrine sept cicatrices qu'y avaient laissées des sangsues, qu'on m'avait appliquées dans une maladie à Macao, disaient que c'était la grande ourse et se divertissaient par mille plaisanteries.

Dès que le roi sut notre arrestation, il envoya des satellites pour nous conduire à la capitale ; on lui avait annoncé que j'étais Chinois. Pendant la route nous étions liés comme dans la prison, de plus nous avions les bras garrotés d'une corde rouge, comme c'est la coutume pour les voleurs et les grands criminels, et la tête couverte d'un sac de toile noirâtre. Chemin faisant, nous eûmes à supporter de grandes fatigues ; la foule nous opprimait. Je passais pour étranger, on montait sur les arbres et sur les maisons pour me voir passer.

Arrivés à Seoul nous fûmes jetés dans la prison des voleurs. Les gens du prétoire, entendant mon langage, cet homme là, dirent-ils, est coréen. Le jour suivant je comparus devant les juges. Ils me demandèrent qui j'étais. Je suis Coréen, leur répondis-je ; j'ai été élevé en Chine. On fit venir des interprètes de langue chinoise pour s'entretenir avec moi.

Dans la persécution de 1839, le traître avait déclaré que trois jeunes Coréens avaient été envoyés à Macao pour y étudier la langue des Européens ; je ne pouvais donc rester longtemps inconnu, et d'ailleurs un des chrétiens pris leur avait dit aussi que j'étais du pays. Je déclarai aux juges que j'étais André Kim, l'un de ces trois jeunes gens, et je leur racontai tout ce que j'avais eu à souffrir pour rentrer dans ma patrie. Ce que les juges entendant disant avec les spectateurs : Pauvre jeune homme ! il est dans les travaux depuis l'enfance ! Ils m'ordonnèrent de me conformer aux ordres du roi en apostasiant. Au dessus du roi, leur dis-je, est un Dieu qui m'ordonne de l'adorer ; le renier est un crime que l'ordre du roi ne peut justifier. Sommé de dénoncer les chrétiens, je leur opposai les devoirs de la charité et le commandement de Dieu d'aimer son prochain. Interrogé sur la religion, je leur parlai au long sur l'existence et l'unité de Dieu, sur la création et l'immortalité de l'âme, sur l'enfer, la nécessité d'adorer son créateur et la fausseté des religions païennes. Quand j'eus fini de parler, les juges me répondirent : Votre religion est bonne, mais la nôtre l'est aussi, c'est pourquoi nous la pratiquons.

Si dans votre opinion il en est ainsi, leur reparti-je, vous devez nous laisser tranquilles et vivre en paix. Mais loin de là, vous nous persécutez, vous nous traitez plus cruellement que les derniers criminels ; vous avouez que notre religion est bonne, qu'elle est vraie et vous la poursuivez comme une doctrine abominable. Vous vous mettez en contradiction avec vous-mêmes. Ils rirent niaisement à ma réponse.

On m'apporta les lettres et les cartes saisies. Les juges lurent les deux lettres qui étaient écrites en chinois ; elles ne contenaient que des salutations. Ils me donnèrent à traduire les lettres européennes ; je leur interprétei que ce qui pouvait n'avoir aucune conséquence pour la Mission. Ils me firent des questions sur MM. Berneux, Maistre et Libois ; je leur répondis : Esse philosophantes in Sinis. Trouvant de la différence entre les lettres de votre Grandeur et les miennes ; ils me demandèrent qui les avait écrites. Je leur dis en général que c'était mes lettres. Ils me présentèrent les vôtres et me demandèrent d'écrire semblablement. Ils usaient de ruse, je les vainquis par la ruse.

Ces caractères, leur dis-je, ont été tracés avec une plume métallique ; apportez-moi cet instrument et je vais vous satisfaire. Nous n'avons pas de plume métallique. Si vous n'en avez pas, il m'est impossible de former des caractères semblables à ceux-là. On apporte une plume d'oiseau ; le juge me la présentant : Ne pouvez-vous pas écrire avec cet instrument ? Ce

n'est pas la même chose cependant je puis vous montrer comment dans les caractères européens une même personne peut écrire diversement. Alors taillant la plume très fine, j'écrivis quelques lignes en lettres très petites ; puis en coupant le bec, je formai des lettres plus grosses. Vous le voyez, leur dis-je, ces caractères ne sont pas les mêmes. Cela les satisfit, et ils n'insistèrent pas davantage sur l'article des lettres. Vous concevrez, Monseigneur, que nos lettrés de Corée ne sont pas à la hauteur des savants d'Europe.

Les chrétiens pris avec moi n'ont encore subi aucun tourment dans la capitale. Charles demeure dans une autre prison avec les personnes qui ont été prises avec lui. Nous ne pouvons avoir entre nous aucune communication. Nous sommes dans celle-ci dix personnes ; quatre ont apostasié ; trois d'entre elles se repentent de leur faiblesse. Mathias Ly, qui en 1839 avait été faible néophyte, se montre aujourd'hui plein de courage et veut mourir martyr. Son exemple est imité par le père de Sensiri, mon pilote et par Pierre Nam qui auparavant avait scandalisé les fidèles. Nous ignorons le moment où l'on nous conduira à la mort. Pleins de confiance en la miséricorde du Seigneur, nous espérons qu'il nous donnera la force de confesser son saint Nom jusqu'à la dernière heure.

Le gouvernement veut absolument s'emparer de Thomas, serviteur de votre Grandeur et de quelques autres principaux. Les satellites paraissent un peu fatigués et moins ardents pour la recherche des chrétiens, ils nous ont dit qu'ils s'étaient portés à Jesan, Jantsi, Ogni et dans les provinces du Tshoung-tsheng et de Tsella. Je prie votre Grandeur et M. Daveluy de rester cachés jusqu'après ma mort.

Le juge m'annonce que trois navires de guerre, qu'il croit français, ont mouillé près de l'île Oiento. Ils viennent, me dit-il, par ordre de l'empereur de France (expression convenable dans ces pays) et menacent de grands malheurs à la Corée, que deux sont partis en assurant qu'ils reviendraient l'année prochaine, que le troisième est encore dans la mer coréenne. Le gouvernement paraît terrifié ; il se rappelle la mort des trois français martyrisés en 1839. On me demande si je connais le motif pour lequel ils sont venus. Je leur répons que je n'en sais rien, qu'au reste il n'y a rien à craindre parce que les français ne font aucun mal sans raison. Je leur ai parlé de la puissance de la France et de la générosité de son gouvernement. Ils paraissent y ajouter foi ; cependant ils m'objectent qu'ils ont tué trois français et qu'ils n'ont reçu aucun mal. Si réellement des navires français sont venus en Corée, votre Grandeur doit le savoir.

On m'a donné à traduire une mappemonde anglaise. J'en ai fait deux copies avec des couleurs qui ont brillé à leurs yeux ; l'une est destinée pour le roi. En ce moment je suis occupé à composer par l'ordre des ministres un petit abrégé de géographie. Ils me prennent pour un grand savant ! Pauvres gens !

Je recommande à votre Grandeur ma mère Ursule. Après une absence de dix ans, il lui a été donné d'avoir son fils quelques jours, et il lui est enlevé presque aussitôt. Veuillez bien, je vous prie, la consoler dans sa douleur. Prosterné en esprit aux pieds de votre Grandeur, je salue pour la dernière fois mon bien aimé Père et mon révérendissime Evêque. Je salue de même Mgr de Besi ; mes salutations très respectueuses à M. Daveluy. Au revoir dans le Ciel.

André Kim, prêtre prisonnier de J.C.

PS. 29 août. J'acquies aujourd'hui la certitude que des navires français sont venus en Corée. Ils peuvent facilement nous délivrer ; mais s'ils se contentent de menacer et s'en retournent ainsi, ils font un grand mal à la mission et m'exposent à des tourments terribles avant de mourir. Mon Dieu, conduisez tout à une bonne fin.

## Letter 21

[김대건 신부님의 마지막 회유]

교우들 보아라.

우리 벗아, 생각하고 생각할지어다.

천주이 무시지시로부터 천지 만물을 배설하시고, 그 중에 우리 사람을 당신 모상과 같이 내어 세상에 두신 위자와 그 뜻을 생각할지어다. 온갖 세상 일을 가만히 생각하면 가련하고 슬픈 일이 많다. 이같은 험하고 가련한 이 세상에 한번 나서, 우리를 내신 임자를 알지 못하면 난 보람이 없고, 있어 쓸 데 없고, 비록 주은으로 세상에 나고 주은으로 영세입교하여 주의 제자되니, 이름이 또한 귀하거니와 실이 없으면 이름이 무엇에 쓰며 세상에 나 입교한 효험이 없을 뿐 아니라, 도리어 배주배은하니, 주의 은혜만 입고 주께 득죄하면 아니 남만 어찌 않으리오.

밭을 심는 농부를 보건대, 때를 맞추어 밭을 갈고 거름을 넣고 더위에 신고를 돌아보지 아니하고, 아름다운 씨를 가꾸어, 밭 거둘 때에 이르러 곡식이 잘 되고 영글면, 마음에 땀낸 수고를 잊고 오히려 즐기며 춤추며 흠복할 것이요, 곡식이 영글지 아니하고 밭 거둘 때 빈 대와 껍질만 있으면, 주인이 땀낸 수고를 생각하고 오히려 그 밭에 거름 내고 들인 공부로써 그 밭을 박대하느니, 이같이 주이 땅을 밭으로 삼으시고 우리 사람으로 벼를 삼아, 은총으로 거름을 삼으시고 강생 구속하여 피로 우리를 물 주사, 자라고 영글도록 하여 계시니 심판날 거두기에 이르러, 은혜를 받아 여문 자이면 주의 의자로 천국을 누릴 것이요, 만일 영글지 못하였으면 주의 의자로써 원수이 되어 영원히 마땅한 벌을 받으리라.

우리 사랑하는 제형들아, 알지어다. 우리 주 예수가 세상에 나서, 친히 무수한 고난을 받으시고 괴로운 가운데로 조차 성교회를 세우시고 고난 중에 자라나 계신지라. 그러나 세상 풍속이 아무리 치고 싸우나 능히 이기지 못할지니, 예수 승천 후 종도 때부터 지금까지 이르고 또 오늘날 군난이 치성하려 여러 교우와 나까지 잡히고 아울러 너희들까지 환난 중을 당하니, 우리 한 몸이 되어 애통 지심이 없으며, 육정에 차마 이별키 어려움이 없으랴. 그러나 성교에 말씀하시되 작은 털끝이라도 주이 돌아 보신다 하고 모르심이 없이 돌보신다 하셨으니, 어찌 이렇듯한 군난이 주명(主命) 아니면 주상(主賞) 주벌(主罰) 아니라.

주의 성의를 따라 오며, 온갖 마음으로 천주 예수의 대장의 편을 들어 이미 항복 받은 세속 마귀를 칠지어다. 이런 황황 시절을 당하여 마음을 늦추지 말고 도리어 힘을 다하고 역량을 더해서 마치 용맹한 군사이 병기를 갖추고 전장에

있음 같이 하여 싸워 이길지어다.

부디 서로 우애를 잊지 말고 돕고, 아울러 주이 우리를 불쌍히 여기사 환난을 앗기까지 기다리라. 혹 무슨 일이 있을지라도, 부디 삼가고 극진히 조심하여 위주광영하고 조심을 배로 더하고 더하여라. 여기 있는 자이 이십인은 아직 주 은총으로 잘 지내니 설혹 죽은후라도 너희가 그 사람의 가족들을 부디 잊지들 말라.

할 말이 무궁한들 어찌 지필(紙筆)로 다하리. 그친다. 우리는 미구에 전장(戰場)에 나아갈 터이니 부디 착실히 닦아, 천국에 가 만나자.

마음 사랑하여 잊지 못하는 신자들에게,

너희 이런 난시를 당하여 부디 마음을 허실히 먹지 말고 주야로 주우를 빌어, 삼구(三仇)를 대적하고, 군난을 참아받아, 위주광영하고 여등의 영혼 대사를 경영하라. 이런 군난 때는 주의 시험을 받아, 세속과 마귀를 쳐 덕공을 크게 세울 때니, 부디 환난에 눌러 항복하는 마음으로 사주구령사(事主球靈事)에 물러나지 말고, 오히려 지나간 성인 성녀의 자취를 만고(萬古) 수치하여 성교회의 영광을 더하고, 천주의 착실한 군사와 의자이 됨을 증거하고, 비록 너희 몸은 비록 여럿이나, 마음으로는 한 사람이 되어, 사랑을 잊지 말고 서로 참아 돌보고 불쌍이 여기며, 주의 공련하실 때를 기다리라.

할 말은 무수하되, 거처가 타당치 못하여 못한다. 모든 신자들은 천국에 만나 영원히 누리기를 간절히 바란다. 내 입으로 너희 입에 대어 사랑을 친구(親口)하노라.

부감목 김 안드레아

세상 온갖 일이 막비주명(莫非主命)이요, 막비주상주벌(莫非主賞主罰)이라, 고로 이런 군난도 역 천주의 허락하신 바이니 너희 감수 인내하여 위주하고, 오직 주께 슬피 빌어 빨리 평안함으로 주시기를 기다려라. 내 죽는 것이 너희 육정과 영혼 대사에 어찌 거리낌이 없으랴. 그러나 천주이 오래지 아니하여 너희께 내게 비겨 더 착실한 목자를 상 주실 것이니, 부디 서러워 말고 큰 사랑을 이뤄, 한몸같이 주를 섬기다가 사후에 한가지로 영원히 천주 대전에 만나, 길이 누리기를 천만천만 바란다.

잘 있거라.

김신부 사정 정표

